



**Divus Stanislaus Kostka S.I.**

**Callenberg, Caspar**

**Neuhusii, 1716**

Iconismus 8vus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69536](#)

## ICONISMUS 7mus.

*Effigiat Stanislaum ante Crucifixum studia  
sua Deo identidem commendantem, &  
cum Davide ad Dominum sic suspirante:  
DISCAM IVSTIFICATIONES TVAS. Psal. 118.*

**EPIGRAMMA.** (summus  
Ab Jove principium semper, medium ab Jove,  
Kostka tuis studiis ab Jove finis erat. \*

*Ab Jove principium Musæ! Jovis omnia plena:  
Quam bene de studiis dixero Kostka tuis.*

\**Virgil.* 2.

Kostka sapit; Cœlo Cœlestes devocat artes:  
Certiūs ex ipso fonte petuntur aquæ.

## ICONISMUS 8vus.

*Representat diligentem Stanislaum, in Mu-  
seo librorum copiâ undique coronatum:  
Epigraphe: NON SEGNIS ERAM, DIS-  
CINCTAQVE IN OTIA NATVS. Ovid.  
l. 1. Am. el. 9.*

**Epigram. ad Stanislaum.**  
*In te Nobilitas, Virtus, Industria certant:  
Cui tribuat palmam nesciat ipse Paris.*

2. De

## 2. De eodem.

*Absque labore nihil: vendunt Dii cuncta labore:  
Artes hoc pretio Kostka licetur; emet.*

(Kostkæ,

*Tempora sunt studiis; Precibus sunt tempora  
Divisum tempus cum Jove, Phæbus habet.*

## 4.

*Kostka vacat studiis: Kostkæ Deus ipse Magister:  
Ipsa, liber mundi machina tota, fuit.*

*Dive tibi vasti liber est si machina mundi :*

*Dic ubi sit tanti bibliotheca libri ?*

## 5. Parergon morale ad otiosos.

*Totus mox orat, totus mox Kostka laborat,  
Id alio nullas passus ab igne faces.*

*Tu quoque Virginei tangit quem cura pudoris;*

*Sic tuge, quæ torpens otia Cypris amat.*

*Audi Nasonem : finem qui queris amoris,*

*Cedit amor rebus, res age, tutus eris.*

*Otia si tollas, periere Cupidinis arcus,*

*Extinctæq; jacent, & sine luce faces.*

*Quæritur Ægyptus, quare sit factus adulter?*

*In promptu causa est : desidiosus erat.*

*Verba movent exempla trahunt : si Naso movere*

*In rem te nequeat Lentule ; Kostka trahat.*

## ICONISMUS 9nus.

*Exprimit Kostkam inter varia scholastica pietatis*

EXER-